



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

H. Scholastico Bremensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

cit librum aliquem per se nosse, intelligatur illum suo studio didicisse, dictus testis videbatur impossibile fuisse testatus; qui cùm nondum quinquagesimum annum attingerit, illorum consanguinitatem suo studio se nosse proposuit qui jam centum annis elapsis decessisse noscuntur. Præterea cùm alius testis ea quæ super consanguinitate depositus à Maria Lamberti se didicisse firmaverit, ac Maria jurata postmodum dixerit se de illis nihil scire penitus vel etiam audivisse, illorum dicta sic asserruit pars altera benignè interpretanda, ne alteruter de perjurio arguatur, ut videbiset ille quæ dixit didicerit à Maria, & Maria de illis nihil omnino novisset aut etiam audivisset, & tamen ea quæ nec scivit nec auditivit ab aliquo, per se fingens dixerit ipsi testi. Vnde cùm ipse de iis fuerit instructus ab ea quæ illa penitus ignorabat, hujusmodi testimonium debet invalidum judicari. Cùm igitur nos duxeris consulendos quid tibi sit in præmisso negotio faciendum, nos tam supradictis quam aliis intellectis, devotioni tuae taliter respondemus, quod cùm tolerabilius sit aliquos contra statuta hominum copulatos dimittere quam coniuges legitimè contra statuta Domini separare, per depositions hujusmodi non est ad divorti sententiam procedendum. Datum Viterbij vi. Kal. Iulij, anno duodecimo.

Vide Concil.  
Lateran. In-  
noc. III. c. 51.

#### H. SCHOLASTICO BREMENSI.

Epiſt. 62.  
Et confirma-  
tor sua Iche-  
laſtria.

**C**um dilectus filius magister G. in nostra est prefentia constitutus, coram nobis humiliter est confessus quod super scholaſtria Bremensis Ecclesiæ ac præbenda quas aliquando possederat in eadem te nec molestabat nec volebat in posterum molestare, sed obſervare diligenter arbitrium quod inter te ac ipsum super iis fuerat promulgatum. Vnde super eisdem ipsi perpetuum silentium duximus imponendum. Datum Viterbij vi. Non. Iulij, anno duodecimo.

#### ILLVSTRI REGI OTTONI in Romanorum Imperatorem electo.

Epiſt. 63.  
Advenit Val-  
demarum Epif-  
copum Slevvi-  
ensem.

**C**um vir ini quis & apostata Walde marus quondam Epifcopus Slevvensis ad sedem apostolicam accessisset, per eam de durissimo carcere libertatus in quo suis meritis diu fuerat detentus inclusus, & nos ei humanitatem omnimodam ostendere curassemus, exagitatus non divino ſpiritu, sed maligno, à nobis clamculo illicientatus abſceſſit, collatæ ſibi

gratiae ſe oſtendens ingratum, & adminiſtrationi Bremensis Ecclesiæ nequiter ſe in-  
geliſit, priori Ecclesiæ temerè derelicta,  
non curans adverteſere quod secundum ca-  
nonica instituta qui à cathedra priori de-  
ſerta ſine Romani Pontificis connivenzia  
præſumpſit ad aliam ſe transferre, & pri-  
ma carere debet, quam per ſuperbiā  
ſprevit, & repellere nihilominus à ſecunda,  
quam per avaritiam concupivit; præfertim  
cūm in præſentia noſtra dilectus filius Pra-  
positus lancti Lucij Roskildensis ei laſae  
majestatis, apostafia, adulterij, perjurij,  
dilapidationis, & conſpirationis crimina  
objecſiſſet, quodque irregularis exiſteret,  
ut pote de dupli ci adulterio procreatus,  
diſpensatione ipsius olim ab apostolica ſe-  
de per ſubreptionem obtenta, ſuppreſſo  
quod eſſet ſpurius & expreſſo quod exiſ-  
teret naturalis, cūm & paternæ inconti-  
nentia imitator filios habeat poſt ſacros  
ordines generatos, que omnia idem Pra-  
positus contra eum ſe obtulit probaturum.  
Quamvis ergo duriffimè animadvertere  
poiuſſemus in eum, quia tamen ſedes  
apostolica conſuevit manuſtuſine tempe-  
rare rigorem, poenam ipſi debitam diſfe-  
rentes ad tempus, venerabilibus fratribus  
noſtri Magdeburgensi Archiepifcopo ſui-  
ſe ac Bremensis Ecclesiæ ſuſfraganeis,  
Oſnaburgensi præterea & Monatiſteriſi  
Epifcopis diſtrictè dedimus in præceptis ut  
præfato Waldemaro ex parte noſtra diſ-  
trictè præcipereſſet quatinus omni exculpa-  
tione ac dilatione ceſſante infra menſem  
poſt commonitionem eorum iter arriperet  
ad ſedem apostolicam veniendo, veniam  
humiliter petitur, alioquin ex tunc ſub-  
lato cuiuſlibet contradictionis & appella-  
tionis obſtaculo deponitum & degradatum  
ab omni eccliaſtico officio & beneficio  
auctoritate noſtra nuntiarent eundem, &  
facerent tamquam anathematizatum uſe-  
que ad ſatisfactionem condignam artiū  
evitari; omnibus nihilominus inhibentes  
ne quis ei communicare præſumeret vel fa-  
vere, ita quod si qui venire in contrarium  
attentarent, laicos hujusmodi excommunicati-  
onem ſubjeſſos & a Bremensi Ecclesiæ  
beneficiū obtinentes, eo in perpetuum  
ſpoliatos, Clericos autem auctoritate noſtra  
nuntiarent omni eccliaſtico beneficio & officio deſtitutos, civitatem verò ſeu  
caſtrum aut hominum quocumque com-  
mune, ſi contra inhibitionem hujusmodi  
dicto Waldemaro præſumerent adhærere,  
ſupponerent diſtrictissime interdicto, ita  
quod præter poenitentias morientum &